

circiter annis revolutionem peragit; secunda in 19. circiter. Omnes, quos hic posuimus, errores in motu Lunæ paululum majores sunt, in conjunctione quam oppositione.

Ergo motu Lunæ generaliter considerato minuitur gravitas Lunæ in Tellurem accessu Solis; eademque cum minus a Tellure trahatur, ab hac magis recedit, quam recederet, si talis gravitatis diminutio non daretur; augetur ergo in hoc casu Lunæ distantia, etiam tempus periodicum, & tempus hoc maximum est, ut & distantia Lunæ, cæteris paribus, maxima, versante Tellure in Perihelio, quia omnium minimè a Sole distat.

Con-